

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Beatitudo siue beatus i
cum fonte primo

Beatus uir qui non cogitauit,
nec fecit, nec docuit mala.

Non stetit, non perseuerauit in delicto,
sed per penitenciam ad meliora conuersus est.

Ieronymus super illud Psalmi I.: Beatus uir.

Aliter:

beatus qui non cogitauit,
non fecit, non docuit mala.

Aliter: beatus qui non est Iudeus,
gentilis, haereticus. Aliter:
Tertullianus in libro de Spectaculis adserit
hunc psalmum et de Ioseph posse intelligi,
qui corpus Domini sepeliuit,
et de his qui ad spectacula gentium non
conueniunt. *Et in uia peccatorum non stetit.*
Non dixit: Et in uia peccatorum non ambulauit;
hoc quippe impossibile est,
quia nullus absque peccato,
ne si unius quidem horae fuerit uita eius:
nullum sine peccato dicit;
sed: In uia peccatorum
non stetit, hoc est, qui non perseuerauit in delicto,
sed per paenitentiam ad meliora conuersus est.

Hieronymus Stridonensis, *Commentarioli in
Psalmos*, 1 (CCSL 72, G. Morin ed., p.179, ll.9-
19).